

TABLA.

nium contractum dispensare? Res. Dico,
 quod non in foro exteriori, nisi forte ab E-
 piscopo rogarentur, & ipsi dispensent, ad vi-
 tandum aliquod scandalum, quod posset eve-
 nire. Et tunc debent observare illud, quod
 mandat Conc. Trid. S. fl. 25. de Reform. c.
 18. vbi sic dicitur. Quod si vrgens, iusta-
 q, ratio, & maior quandoq; vtiitas postu-
 lauerint, cum aliquibus dispensandum esse,
 id cauta cognita, ac summa maturitate, atq;
 gratis, à quibuscunq; ad quos dispensatio
 pertinebit, erit præstandum, aliterq; facta
 dispensatio surreptitia censeatur. Hęc Cōc.
 Trid. In tali enim dispensatione debet esse
 cognitio causę, an scilicet sit iusta causa dis-
 pensandi, secundum Angel. & Sil. in verbo
 Dispensatio, aliàs non existente causa legi-
 tima dispensandi, dispensatio nulla est, &
 eis cum quo est dispensatum, non est tutus
 in conscientia, secundū ipsum Conc. Trid.
 & secundum Angel, & Silu. Quę autem
 sint causę legitime dispensandi, vide in Sil.
 vbi supra. Poterem tamen dispensantem in
 foro exteriori [suorum virtute indultorum]
 Episcopo allegante causam aliquam, & di-
 cente eam esse iustam causam dispensandi,
posse